
VICIPÆDIA

Lingua Arabica

-3 (maxdubium) *Latinitas huius rei maxime dubia est. Corrige si potes. Vide {{latinitas}}.*

Lingua Arabica[1] sive **sermo Arabicus**[2] (-onis, *m*) est lingua in familia linguarum Semiticarum, in quibus et est Hebraica Aramaicaque, cognata, qua centena milia hominum non tantum in paeninsula Arabica, sed etiam in Africa Septentrionali et magna Orientis Proximi parte loquuntur. Arabicus est etiam liturgicus religionis Islamicae sermo.

Lingua Arabica (عربيّة *`Arabiyya*)	
Fabulatus est:	Algerium, Aegypto, Cuvaito, Iemenia, Iracia, Iordania, Israel, Libano, Libya, Mauretania, Maroco, Omania, Palaestina, Quataria, Sudania, Syria, Tunesia, Phylarchiarum Arabicarum Confoederatio, et multis aliis
Regio:	Orbis Arabicus
Fabulantes:	225 miliones (secundum *Ethnologue*; fabulantes nativi totarum dialectorum)
Status:	—
Classificatio genetica:	Afrasiaticae Semiticae Centrales Meridionales **Arabica**
Notae linguae	
ISO 639-1	ar
ISO 639-2	ara
SIL	ABV
Linguasphere	12-AAC



De Lingua Arabica

Nomen *Arabicum* potest significare vel Arabicam litterarum vel multa genera sermonum eiusdem; ab Arabis prioris ut dialecti posterioris videntur, et Arabica litterarum ut lingua normalis.

- *Arabica litterarum*, اللغة العربية الفصحى (quae est *lingua Arabica pura*) lingua et Alcorani et mediorum praesentium per Africam Septentrionalem a Maroco usque ad Iraciam est.
- *Arabica colloquialis* sive *dialectalis* significat multa genera linguarum seu dialectorum nationum regionumve, quae a lingua Arabica classica derivatae sunt et per Africam Septentrionalem et per Orientem Medium sermone cottidiano adhibentur. Hae nonnunquam inter se affatim differunt et his locutiones mutuo incomprehensibiles sint. Dialectis infrequenter communicatum sit, sed nonnumquam in litteratura (praesertim in arte scaenica poësique), notabiliter in Libano et Aegypto; etiam per instrumenta communicationis socialis familiariter.

Aliquando difficile est redditu rerum Islamicarum Arabicarumque nisi verbis Arabicis. Alcoranus lingua Arabica expressus est et traditionaliter Muslimi impossibile esse reddere ac constare fideliter cum primitivo credunt—vero, ante nuper numquam ab nonnullis sectis creditum est reddendum. Quamquam lingua Arabica frequenter cum religione Islamica associata est, Christiani tamen Arabici, Iudaei Orientales, ac *Mandaei* Iraciani etiam Arabice loquuntur; neque maior Muslimorum pars loquitur, solummodo locutiones conditas cognoscunt ut precantur.

Verbum Latinum algorismus derivatum est a nomine inventoris algebrae —quod etiam verbum Arabicum est quam alchemia, alcohol, et azimutum. Vide indicem verborum Latinorum ab origine Arabica. Numeros arabicos (0 1 2 3 4 5 6 7 8 9) Europaenses et alii cum glyphis variis utuntur. Lingua Hispanica plurima verba Arabica habet.

Index

Nexus externi

Dialecti

Arabicae colloquialis est nomen earum linguarum seu dialectorum quibus homines per orbem Arabicum loquuntur, quae a lingua litterarum differunt. Divisio principalis dialectorum est utrum Occidentales (vulgo: *Maghreb*) an Medii Orientis; etiam sequitur utrum manentes an a rebus novandis abhorrentiores vagas Beduinorum. Lingua Melitica descensa ab Arabica, tamen existimata est distincta. Fabulantes nonnullarum dialectorum cum eis aliarum dialectorum nequent invicem comprehendere; praesertim, quamquam Medioorientalenses invicem comprehendere possunt, non Occidentalenses (tamen ut conversus non verus est, propter ubiquitatem pellicularum et aliorum mediorum Medioorientalium, praesertim ex Aegypto.)

Substrata linguistica dissimilitudinem dialectorum afficientia dant multa verba nova, ac afficunt appellationem syntaximque; tamen affecit magis in plurimas dialectos ut in linguis Romanicis retentio vel mutatio verbum classicarum. E.g., Iracianum *aku*, Levantinum *fiih*, Africanum Septentrionale *kayen* significat 'adest', ab *yakuun*, *fiihi* et *kaa'in* Arabice litterarum.

In coëtibus principalibus est:

- Arabica Occidentalis
- Arabica Baetica (exstincta)
- Arabica Aegyptia
- Arabica Sudanica
- Arabica Orientalis
- Arabica Iraciana
- Arabica Sinus
- Arabica *Najdi*
- Arabica Iemenica

Alphabetum

Alphabetum Arabicum ab Aramaico oriundum est ei simile, ut abecedarium Cyrillicum vel Copticum similia alphabeti Graeci sunt. Traditionaliter differentiae aliquot erant translationum utrum scripturae Occidentalis an Orientalis; praecipue, quod *fa* punctum inferum, *qaf* unicum superum habebat in Occidente, ac quod ordo litterarum differebat in usu numerali. Atqui translatio Occidentalis relicta est, praeter calligraphiam et scholas Alcoranicas Africae Occidentalis. Alphabetum Arabicum, quam Hebraicum, dextra ad laevum scripta sit.

Consonantes

Consonantes phonemae Arabicae solitae

		Labialis	Inter-dentalis		Dentalis/Alveolaris		Palatalis	Velaris	Uvularis	Pharyn-galis[3]	Glottidalis
			plana	emphatica	plana	emphatica					
Nasalis		م m			ن n						
Muta	surda				ت t̪	ط t̪ˤ		ك k	ق q		ء ʔ
	sonora	ب b			د d̪	ض d̪ˤ	ج dʒ~g[1]				
Fricativa	surda	ف f	ث θ		س s	ص sˤ	ش ʃ	خ x~χ[4]		ح ħ	ه h
	sonora		ذ ð	ظ ðˤ~zˤ	ز z			غ ɣ~ʁ[4]		ع ʕ	
Approximans					ل l[2]		ي j	و w			
Tremula					ر r						

Grammatica

Nomen Arabicum habet unum tribus ex casibus, aut nominativum, aut genitivum, aut accusativum, et unum tribus ex numeris, aut singularem, aut pluralem, aut dualem (pro duabus rebus). Illos casus indicat 'u' pro nominativo casu, 'i' pro genitivo, 'a' pro accusativo.

Nexus interni

- Alphabetum Arabicum[?]
- Arabica Litteraria
- Arabista
- Calligraphia Arabica
- Litterae Arabicae
- Phonologia Arabica
- Varietates Arabicae

Notae

1. Conradus Gesnerus, *Mithridates: de differentiis linguarum* (1555) textus (http://gallica.bnf.fr/ark:/12148/bpt6k938671) f. 9v; Athanasius Kircherus, *Turris Babel, sive Archontologia* (Amstelodami: Jansson-Waesberge, 1679) textus (https://archive.org/details/turrisbabelsivea00kirc/) pp. 193-201. "Lingua Ismaelitica" seu "Hagarena": Kircherus (ibid.).
2. Ebbe Vilborg. *Norstedts svensk-latinska ordbok*. Editio secunda anni 2009.

Bibliographia

Libri antiquiores

- Franciscus Raphelengius, *Lexicon Arabicum*. 1613 (Textus (https://books.google.com/books?id=n9JGAAAAcAAJ) apud *Google Books*) (Textus (https://books.google.com/books?id=VDKxVUkZc3YC) apud *Google Books*) (Textus (https://books.google.com/books?id=AeFMAAAAcAAJ) apud *Google Books*)
- Thomas Novariensis, *Isagoge: id est, Breve introductorium Arabicum in scientiam logices, cum versione Latina, ac theses sanctae fidei*. Romae, 1625 (Textus (https://books.google.com/books?id=nLZCAAAAcAAJ) apud *Google Books*) (Textus (https://books.google.com/books?id=jwxPAAAAcAAJ) apud *Google Books*)

- *Schindleri Lexicon Pentaglotton, Hebraicum, Chaldaicum, Syriacum, Talmudico-Rabbinicum, et Arabicum, in epitomen redactum*. Londinii: Jones, 1635 (Textus (https://books.google.com/books?id=f3ATAAAAQAAJ) apud *Google Books*)
- Olaus Gerhardus Tychsen, *Elementale Arabicum*. Rostochii: Officina Koppiana, 1792 (Textus (https://books.google.com/books?id=GqJFAAAAcAAJ) apud *Google Books*) (Textus (https://books.google.com/books?id=k4QUAAAAQAAJ) apud *Google Books*) (Textus (https://books.google.com/books?id=GqJFAAAAcAAJ) apud *Google Books*) (Textus (https://books.google.com/books?id=FKLtT2NX4GcC) apud *Google Books*)

Libri recentes

- Grigore, George. 2007. *L'arabe parlé à Mardin: Monographie d'un parler arabe périphérique.* Bucharest: Editura Universitatii din Bucuresti. ISBN (13) 978-973-737-249-9.
- Haywood, et Nahmad. 1965. *A New Arabic Grammar.* London. ISBN 0-85331-585-X.
- Lane, Edward William. 1893, 2003. *Arabic English Lexicon.* ISBN 81-206-0107-6.
- Mumisa, Michael. 2003. *Introducing Arabic.* Goodword Books.
- Thelwall, Robin. 2003. *Arabic: Handbook of the International Phonetic Association.* Cantabrigiae: Cambridge University Press. ISBN 0-521-63751-1.
- Traini, R. *Vocabolario di arabo.* Romae: I.P.O.
- Vaglieri, Laura Veccia. *Grammatica teorico-pratica della lingua araba.* Romae: I.P.O.
- Versteegh, Kees. 1997. *The Arabic Language.* Edinburgh University Press.
- Watson, Janet. 2002. *The Phonology and Morphology of Arabic.* Novi Eboraci: Oxford University Press.
- Wehr, Hans Wehr. 1952, 1985. *Arabisches Wörterbuch für die Schriftsprache der Gegenwart: Arabisch-Deutsch.* Harassowitz. ISBN 3-447-01998-0.

Nexus externi

Vicimedia Communia plura habent quae ad **linguam Arabicam** spectant.